



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

5. De confirmatione Episcopi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**



oport. Episc. col. 1. vel alicuius criminis canoni-  
 bus inimici c. catinensis dist. 61. vnde anno 1555.  
 in pace Religionis, vulgo Religion fried/S. Vnd 4.  
 nach dem/ordinatum est, quod deficiens à Ca-  
 tholica religione ad Augustanam Confessio-  
 nem, Episcopatu & beneficiis cedere, nouæque  
 electioni locum dare debeat, sicut Anno 1583.  
 in Archiepiscopatu Coloniensi practicum 5.  
 est, eoque minus eligitur, cum turpius eicitur,  
 quam non admittatur hospes, Etsi ita ordina-  
 tum non esset, ius antiquum, quamdiu non  
 mutatur, inuiolatum manet, l. precipimus, C. de  
 appellat. l. sancimus, C. de Testam.

TITVLVS V.

De Confirmatione Episcopi.

1. **E**lecti ante confirmationem non admini-  
 strant.
2. Aliter electi in Germania.
3. Confirmati non ea, quæ sunt ordinis.
4. Pallium plenitudinem officij confert.

**E**LECTI non possunt administrationem 1.  
 dignitatis per se vel alium, pro parte, vel  
 in totum gerere vel recipere, nisi à supe-  
 riore confirmationem intra tres menses, iuste  
 cessante impedimento, petierint, alias iure per  
 electionem quæsito priuantur, c. auaritia c. quæ  
 sit. x. de elect. in 6. nisi sint valde remoti, vltra Ita- 2.  
 liam



## DE IURISDICTIONE

liam constituti, (quales sunt Episcopi in Germania) qui in concordia electi, donec confirmationem commodè impetrare possint dispensatione propter necessitates ecclesiarum & utilitates, in spiritualibus & temporalibus administrant, *c. nihil 44. x. eod.* non tamen, ea, etsi vere confirmati quæ sunt ordinis, nisi subsequente consecratione, *c. transmissam. 15. x. de rit.* nec consecrati Archiepiscopi, nisi impetrato pallio, *c. quod sicut. §. prater ea. & ib. Panor. x. eod.* quod pontificalis officii plenitudinem cum Archiepiscopalis nominis appellatione, confert. *c. nisi specialis, cum his. x. d. auth. & usu pall.*

### TITVLVS VI De Ordinaria Iurisdictione.

1. Episcopus habet Iurisdictionem per Diocesim.
2. Etiam sub alterius districtu.
3. Diocesis latius patet quam territorium.
4. Mundus est Diocesis Pontificis.
5. Inter diuersos Episcopos diuisus.

1. **E**PISCOPVS habet ordinariam Iurisdictionem per totam Diocesim. *c. cum Episcopus. x. de offic. ordinar. in 6.* etiam sub alterius secularis principis territorio, aut ciuitatis liberæ districtu, *Ioach. Stephan. in Tract. de Synod. cap. 5. num. 22. Matth. Stepha. lib. 3. de Iurisd. cap. 14. num. 12. & seqq.* vt habet Archiepiscopus Coloniensis sub Ducatu Iulie, Cluie, Montis & c. ciuitate